



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...**

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam  
interpretis donatus

Iter ad coelum in quatuor partitum Semitas seu partes, & Fasciculum  
Myrrhæ

**Caraffa, Vincenzo**

**Coloniae Agrippinae, 1660**

Dubium 20. De Itinere quod Christus in passione sua pedes confecitè  
cœnauculo eundo ad montem Calvariaë.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49363](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49363)

Suarez di.  
 spur. 41.  
 sect. 1.

Sanguis, qui profluxit ex latere Christi, ueritate naturalis quò ad substantiam: at miraculosus quò ad modum profluendi: siquidem è corporibus emens non fuit sanguis liquidus, sed congelatus. Aquam uero liter fuit uera & naturalis, nec uillus alius exitus habuit (uerba namque sacre Scripturæ proprie sunt intelligenda, quoadocunque non obstat aliquid in contrarium) sed miraculose producta, ad significandum effectum

S. Ambros. Sanguinis Christi, qui est lauare animas. Exius Sanguis & Aqua: Aqua, ut mundaret: Sanguis, ut rediret. Et inuenda etiam plura alia mysteria, ut exponunt SS. Patres.

Quò ad modum emanandi, quò è Christi latere emanauit Sanguis & Aqua, dico emanationem seu effluxum Sanguinis & Aquæ non fuisse confusum, sed distinctum: primò enim effluxit Sanguis, deinde Aqua, ueluti explicat Euangelista.

## Dubium Vigésimum.

*De itinere, quod Christus in Passione sua peractum confecit, è cœnaculo eundo ad montem Caluariæ.*

Qui Terram sanctam describunt, distantiam locorum, in quibus Christus Dominus Passionem suam profecit, mensurant in hunc modum.

Ex cœnaculo ad hortum sunt 750. passus.

Ab orto ad ædes Annæ usque, idem interiacet passuum spatium, nimirum, 750. passus.

Ab ædibus Annæ ad ædes Caiphæ sunt 330. passus.

Ab ædibus Caiphæ ad ædes Pilati 100. passus.

Ab ædibus Pilati ad ædes Herodis 350. passus.

Ab Herode ad Pilatum totidem.

Ab ædibus Pilati ad montem Caluariæ, 660. passus.

Circa quæ aduertendum, quod cum de passibus ad ueritatem mentio facta fuerit, hic per passus intelligantur duodecim, qui sunt maiores, & dominantur geometri-

vi, quorum quilibet quinque continet pedes, ad  
 ferentiam passuum minorum, qui medietatem so-  
 lum, nempè, duos pedes cum dimidio continent.  
 Unde mille passus maiores conficiunt vnum milliare,  
 mille minores medium milliare. Quapropter pas-  
 sum mentionem supra facientes, intelleximus passus  
 maiores & geometricos. Iter igitur, quod perfecit  
 Christus in Passione sua, passus omnes supra enume-  
 ratos in se comprehendit: qui in vnam redacti sum-  
 ma, in vniuersum faciunt 3290. passus; seu tria  
 milliaria cum ducentis & nonaginta passibus.  
 In hoc itinere Christus Dominus noster non tantum  
 sollicitudinem & lassitudinem itineris; verum etiam  
 illas iniurias, despectus, ludibria, tyanni-  
 cas, afflictiones, quæ vnam à fera Judæorum sa-  
 ueritatem prodire poterant, perpessus est. Constat etiam  
 a revelatione, Christum Dominum tum barba, tum  
 capillis circumcisorum à Judæis 333. vicibus.

S Brig.  
 S Merbil.  
 S, Elisabi

Ab horro ad Annæ ædes vsque concidit in terram vi-  
 decies septem in via, & tandiu Sathanae ministri eum  
 percutere calcibus & fustibus, quousque surgeret è  
 terra: Procedendo ad montem Caluarie crucem ba-  
 ptista, quinque pariter vicibus in terram corruit. Ad-  
 vertendum præterea, quod Ministri crudeles torrentis  
 ad pontem pertransientes; Christum captum in  
 manus darutti præcipitem duxerint traxerintque per vn-  
 um torrentis, vt sic nec vllum in Christo præterirent  
 impietatis crudelitatisque experimentum. Vbi con-  
 sidera, quomodo pietissimus Dominus ex aquis  
 defluerent vestimentis vndique madidis, qualemque fri-  
 gorem, temporis que hyemalis, quod tunc aderat, per-  
 cepissent asperitatem.

Landsp. de  
 Pass art. 14

Denique memoriæ Sanguinis adiungenda est me-  
 ditatio, meditationi oratio per viam aspirationum &  
 sermonum iaculatoriarum. Porro in sequenti aut alia  
 simili forma exerceri poterunt.

1. San.



UNIVERSITÄTS-  
 BIBLIOTHEK  
 PADERBORN

1. Sanguis Christi laua me,  
à maculis peccatorum.
  2. Sanguis Christi, sana me,  
ab inordinatis passionibus.
  3. Sanguis Christi, sanctifica me,  
gratiæ virtutumque habitibus.
  4. Sanguis Christi, illumina me,  
viuacitate fidei.
  5. Sanguis Christi, eleua me,  
certitudine spei.
  6. Sanguis Christi, accende me,  
igne charitatis.
  7. Sanguis Christi, fortifica me,  
tolerantia patiendi.
  8. Sanguis Christi, inebria me,  
desiderio Martyrii.
  9. Sanguis Christi, absorbe me,  
ab omni esse creato, in totum esse In creatum Deo.
- A M E N.



EXER.